













Ludouici Imolensis ex ordine minoꝝ theologie ꝓfessoris in fu/
nere Reuerēdissimi domini dn̄i Petri Ferrici·tituli Sixti p̄sbi/
teri Cardi·ꝛ ep̄i Tirasoneñ.oratio feliciter incipit·

¶Cum sepe alias cogitauerim ꝙ fallaces ꝛ caduce res hūane sint
Reuerendissimi patres ꝛ dn̄i·id tum mihi marie contigit postea
ꝙ in vrbe Roma versatus sum vbi tot claroꝝ hoīm interit⁹ his ocu
lis vidi vbi tot prestantissimoꝝ patꝝ mortes ꝛ funera cōsperi. vt
vere illum hoīem stultum existimem·qui terrena hec ꝛ fragilia bo/
na animo non contemnit·ꝛ qui licet amplissimis fortune muneri
bus exornatus sit·in alteram tn̄ vitam ꝙcito esse cōmigrandum
secū diu tacitus non considerat· Que em̄ potest in vita esse iocū/
ditas·cum dies ꝛ noctes cogitandū sit·iam iamqꝫ esse moriendum
ꝛ quale illud bonū est quod etsi nullo eripiatur casu vel morte cer
te ꝑdendum est. Non desunt nobis ad hanc vnam rem persuadē
dam quottidiana exempla·Non opus est antiqua recensere· vidi
mus pauloante multos in hoc splēdidissimo patrū senatu magna
gloria consistentes qui morte nuſtris erepti oculis nullam de se ni/
si bene gestaꝝ rerum memoriā reliquerunt· Et vt ceteros qui ad
rem nram non pertinent omittamus·Quid nam hec pompa fune
ralis indicat.ad quā exornandam ꝛ extollendam tanta Reueren
dissimoꝝ patrum ꝛ principum mundi corona circumsidet·Equi/
dem ingemiscendam deplorandāqꝫ mortem nobis ostentat reue/
rendissimi patris ꝛ domini dn̄i Petri Ferrici tituli·s·Sixti p̄sbi
teri Cardinalis Tirasoneñ·Qui sua virtute vigilantia integri/
tate ꝛ summa in agendis prudentia amplissimam dignitatem· pre
cipuū apud pontificem locum summū honorem.summū in ecclesi
astica re publica gradū ꝯsequutus ꝙ longissima vita dignus me
rito videbatur·Utinam ergo patres amplissimi tanto ingenio es
sem tanta ve dicendi copia vt in tanto viro de quo nunc agimus
magnitudinem laudis ꝛ tanti funeris cōem calamitatē verbis eq̄
re possem·Uerum qꝛ apud vos cioez habeo·Qui ꝯmendatissimā
dn̄i Tirasoneñ·vitā iam diu probe nouistis·paucis quicqd eius



laudē dicturus sum perstringā verbis·nec aliter loquar ꝙ si vni
uersus cetus vester vna lingua si fieri possz hāc viꝛ collaudaret·
Quid igit̄ primū in huius pꝛestātis viri laudē adducā·An gen⁹
an pr̄iaz·an corpis proceritatē.an cetera huiuscemodi nature dōa
cōmemorem·minime qdem.In his em̄ rebus que natura aut for
tuna hoībus dant̄ quempiā laudari aut vituperari opoꝛtere nēo
statuit sapientū·Idcirco ea oīa que sibi hoīes ingenio atqꝫ indu/
stria parare possunt cōmendatōe ꝙ maxima nos dignos efficiūt
Nam licet sint hoī virtutū īnata principia·Quisquis tn̄ ea incul
tu atqꝫ socordia torpescere sinet·ignarus·rudis·ꝛ cuiuscūqꝫ bone
artis expers oīno fit necesse est·Qui vero contra naturales illos
igniculos excitabit·ꝛ sese ad capescendā virtutē pro ꝟili sua inflā
mabit in viꝛ doctuz probū expertuz atqꝫ oī laude dignū euadet·
Ueras ergo p̄res optimi veras inquā ꝛ non aliūde mēdicatas ex/
plicabimus laudes dn̄i Tirasoneñ·Qui a teneris vt aiūt annis
vsqꝫ ad eam etatē in qua extremū clausit diem·nulli oīno rei nisi
lr̄is ꝛ virtutibus insudauit mores cū sapientia in oī vita sua miri
fice cōiunxit·Hic susceptis primo lr̄aꝝ rudimētis in opido Cocen
tayna vnde originez traxit adolescentioꝛ factus Ualentiā vrbem
nobilissimā·Ualentiniqꝫ regni caput ꝛ dominā magno se aīo cō/
tulit ibiqꝫ aliquāto tempoꝛe lr̄is opam nauauit·Deinde Ilerden
sem ciuitatē petijt vbi celiberrimū erat gymnasiū·in quo maioꝛa
ꝛ amplioꝛa lr̄aꝝ incrementa suscepit·Quibus tn̄ non ꝯtentus ve
luti alter Plato relicta patria Bononiā ciuitatē floꝛentissimā·et
lr̄atissimis hoībus habundantē·discendi cupidissim⁹ ꝯmigrauit
vbi tm̄ doctrine in facultate legali breui tp̄e hausit·vt cōi doctoꝝ
hoīm iudicio inter doctissimos scolares haberet̄·ꝛ laudatissima
doctoꝛat⁹ insignia magna cū gloꝛia assequeret̄.Perfecto igit̄ stu
dio·cuius grā ꝛ amoꝛe ad Bononieñ·se ꝯtulerat vrbē.ꝛ debito ibi
honoꝛe suscepto·statim aīo deliberat Romanā petere curiā·vt qc
qd ingenij ꝛ ꝟtutis in se vigeret plīmoꝝ vsui accōmodaret·No/
uerat em̄ vir prudētissim⁹ nullā esse in hoīm genere melioꝛē natu
rā quā eoꝝ qui se ad vsuz ꝯmodū ve multoꝝ natos arbitrarent̄·

Uenit ergo Romã Petrus doctrina pariter ⁊ moribꝰ ornatꝰ Car
diali methensi adheret viro optimo ⁊ prestãtissimo. a quo ꝗ̃ gra
tissime exceptus ⁊ magister domus ⁊ auditor suus quã primũ de
signatus est. sed dño Methensi non multo post e uita migrante
Cardinalẽ sancti Marci. qui postea Paulꝰ. ij. fuit in dñm sibi de
ligit ⁊ patronũ Uerũ qr tanti hoĩs virtus maioribꝰ ⁊ altioribꝰ erat
dedicãda negotijs. vno exauditoribus rote deficiẽte delectu Pij
põtificis maximi. q precipuꝰ bonoꝝ fautor ⁊ cultor extitit mox in
eius qui defecerat locũ suffectus est. Petrus q vbi aĩaduertit ma
gnũ sibi patere ꝟtutis campũ munus ipm auditoriatus qđ acerri
mi ingenij viꝝ expostulat. tanta aĩ rectitudine gessit ⁊ eqtate vt
eo iudice nemo cause sue diffideret. nemo fraudẽ ⁊ iniusticiã pti
mesceret. Malebat enĩ cuiusuis hoĩs gratiã perdere ꝗ̃ tantũmo
do de dignitatis gradu dimoueri. Postea ꝟo cũ aliq̃ diu in ipo
auditoriatu magna laude ꝑsedisset. essetq; tũc ecclesie Magũtine
litigiosa q̃daȝ causa sedi apostolice nũciata que qr difficilis ⁊ pe
riculosa admodum videbatur. deliberatum est ꝗ̃ primum ⁊ pon
tificis ⁊ patrum omnium consensu. Petrum virum probatissimũ
ad eas partes omnino esse transmittendũ quo causam ipsam di
ligentius ibi recognoscat ⁊ dissidentẽ ecclesiam ad pacem suo con
silio reducat ⁊ vnionem. Proficiscitur ergo Petrus in germaniaȝ
legatus ⁊ commissarius apostolicus vbi duobus ferme annis cõ
moratus nõ sine magno labore Maguntine ecclesie cõtrouersias
disiecit Discordiasq; illas graues detestandasq; sedauit Leodien
sem quoq; ecclesiam in quadam etiam perturbatione consisten
tem recognita causa quoad valuit compouere non destitit. et
quos tandem varijs in locis dissidentes reperit summa cuȝ pace
⁊ animoꝝ tranquillitate ingenio ⁊ prudentia sua reliquit. Omni
bus igitur negotijs ad que missus fuerat diligentissime peractis
ad vrbeȝ redire festinat legatus solertissimꝰ. Interea Cardinalis
sancti Marci ad summũ apostolatus culmen mortuo pio conscen
dit. qui mox vacantem Tirasonensem ecclesiam Petro viro opti
mo mutu proprio tradit. Interueniendũ vero de sua promotiõe

nunciū Petrus suscipit. Deo oīpotenti grās immensas agit ⁊ tali tātaqȝ dignitate se oīno indignū p sua modestia dicit. O dignissimā pmotionē vbi sola pmoti v̄tus pmouentis aīm excitauit. vbi nulla simonie suspitio fuit. vbi nulla fauoris hūani sollicitudo intercessit. Ad vrbē itaqȝ Petrus rediit ad deosculandū noui pōtificis pedes hūiliter accedit de dignitate nuper sibi collata q̄ se indignū reputat grās habet. At pontifex ipse iocundo aīo ⁊ hilari vultu eū benigne excipit. maioraqȝ ⁊ āpliora ei pollicet̄. seqȝ de reditu suo mirū immodū gaudere ⁊ letari testat̄. Quid plura. Referendariū suū intimū ⁊ carissimū eum instituit difficilima queqȝ negocia ipius cure ⁊ sollicitudini ɔmittit. In his aūt oīb⁹ que ɔmissa sibi videbant̄ cōficiendis q̄ta fide se gesserit Petrus quāta ve diligentia ⁊ integritate. vos ipsi testes fidelissimi estis. qui preclarā hoīs virtutē certa quottidie expientia cognouistis. Sed ante oēs idoneus testis est Sanctissimus dn̄s nr̄ Sixtus. qui cū Paulo in pōtificatu succederet. Petrū Tirasoneñ. epm ea apud se cōditione detinuit. qua suus antea p̄decessor detinuerat. Cū sec⁹ tn̄ in successoribus regni euenire contingat. Solent em̄ qui in regno succedūt nouos sibi deligere hoīes. quos magistratib⁹ p arbitrio suo preficiant illis oīno reiectis qui regnanti prius grati esse videbant̄. Fuit ergo Tirasoneñ. nostri tanta v̄tus vt non minus Sixto q̄ Paulo gratus nō minus a successore q̄ a p̄decessore fuerit dilectus. O virū mirabilē ⁊ maxīs laudibus celebrandū. Nam si principibus placuisse viris nō infima laus est. vt Venusinus ille poeta inq̄t. q̄ magna erit Petri nr̄i laus. q̄ preclara etiā nulla oblīuanda memoria. qui sola v̄tute sua beatissimis pōtificibus xp̄i vices in terris gerentibus. adeo placuisse videt̄. vt merito a nōnullis dubitar̄ possit vter eoꝝ magis eū dilexerit. Dign⁹ ergo ɔmendatiōe. dignus pfecto gloria ⁊ laude p maxima ille est qui ad graꝫ pontificū ad magistratus. ad dignitates. ad ipm tandem Cardinalat⁹ honorē. v̄tuti tantūmodo nixus conscenderit. Cui nihil fortuna dederit. nihil fauor humanus attulerit.

¶ Agit̄ nunc scd̄us ānus. quo Sanctissimus dn̄s nr̄ Sixtus. qui

benemeritis de re publica ecclīastica hoībus ingratus nunq̄ʒ exti
tit Petrū Tirasoneñ· epm virꝝ probatissimū· ꝛ in Ro· cu· iam diu
laborib⁹ plurimis exercitatū· summa totius sacri collegij cōcordia
ad Cardinalatus ordinē prouexit· Quo ꝑfectus vir dignissimus
ꝛ in nouo quodā principatu ꝯstitutus· talē se nobis exhibuit· q̄leʒ
antea ꝓ vsu ꝛ cōmodo nr̄o exhibebat· Solitas curas admodū gra
ues ꝛ molestas nō omisit· imo maiorib⁹ sp̄ addict⁹ negotijs· quot
tidie magis ac magis pro honore ꝛ gloria sedis ap̄lice laborabat·
In hui⁹ viri prudētia ꝛ consilio. adeo pontifex nr̄ conqescebat· vt
eo mortuo manchus esse videat̄· Oīm fere curialiū aīos Tiraso/
neñ· nr̄ pro innata sibi benignitate in se cōuertebat· Mā suetudi/
neqꝫ ꝛ modestia tanta erat. vt q̄uis regio illo aspectu· ꝛ veneran/
da facie grauitatē quandā ꝛ seueritatē p̄seferret· mira tn̄ ꝛ incredi
bili facilitate in audiēdis admittendisqꝫ hoībus vteret̄· Manus
p̄terea tam castas ꝛ cōtinentes habebat· vt nūq̄ʒ ad alicui⁹ hoīs
munera suscipiēda· eas deflecteret· imo siqua offerebant̄ dona tā
q̄ʒ alter Fabritius aut Curius qđ nr̄a etate mirabile est ꝯtēnebat
Illud est etiā mea sn̄ia q̄ʒmaxime admirandū· ꝙ tanta aī mode/
ratōe erat· vt irasceret̄ per raro· tanta patiētia vt nullis iniurijs·
aut cōtumelijs moueret̄. Nam cū interdū in expeditiōe reꝝ inso/
lentes quidā ꝛ precipites viri pro more suo cōtumeliosis in eū ver
bis vterent̄· subridēs aut oīno conticebat· aut verbum quo furo
rē obloquētis lenire posset rn̄debat· superbiā quoqꝫ ꝛ arrogantiā
miꝝ in modū fugiebat· Eq̄bilitateʒ in oī vita eūdeʒ sp̄ vultū ean/
dēqꝫ frontē sicut de Socrate legit̄ idem seruabat Nulli voluptati
nulli hūano solatio deditus erat. Quicq̄d otij post longas ꝛ vari
as occupatiōes dabat̄ ei· id totū aut in p̄soluēdis diuinis horis·
q̄s nunq̄ʒ licet maxie impeditus omittebat· aut in suaui lr̄aꝝ ex/
ercitio ꝛ historijs cognoscēdis· q̄bus plurimū delectabat̄ ꝯsume/
bat· Erat ei a nat̄a incredibilis q̄daʒ sciendi cupiditas infusa· ꝓ
pterea bibliothecā cōfertissimā ꝛ varijs libroꝝ generib⁹ habundā
teʒ sibi parauerat· in q̄ tanq̄ʒ in amenissimo paradiso. post curiales
strepit⁹ se occludebat· ibi delcie sue· ibi solatia· ibi sua q̄qꝫ voluptas

nulli vnq̄ dies vacui· nulli illucubrate noctes ei p̄terire. Aut em̄
publicis·aut priuatis actionibus intentus nunq̄ ab optimi viri
officio vacabat. Pietatis opera secreto quodā modo q̄ sepissime
exercebat· largas elemosinas mendicātibus religiosis ⁊ honeste
vite hominibus multotiens errogabat· O vir̄ egregium· O vitam
om̄i laude cumulatam· Quid enim laudibilius q̄ tempus· quod
parca manu datum est in vsum vite ⁊ solū reparari non potest tā
sibi q̄ alijs honeste ⁊ vtiliter dispensare om̄esq̄ vite sue dies non
nisi recte viuendo gloria ⁊ laude magna transigere. Finē habitu
ra nō est oratio· P· si optimi lōgius euagando singula queq̄ ꝓse-
qui voluero· que quoniā eque omnes nouistis Quis adeo durus
est ⁊ om̄is humanitatis expers· vt a lachrimis temperet vt obitu
Tirasonensis nr̄i nō ingemiscat. vt in tā publico merore non cō-
doleat· Ecce iam Romane curie pater optimus interijt extinctus
iacet vigilātissimus sedis apl'ice alumnꝰ in quo vno tot virtutū
ornamenta intueri poteramus· O crudelē ⁊ diram mortē. que vi-
rum tam preclarum ⁊ rei publice xp̄iane perutilem magno dispen
dio nostro rapuisti· O grauem ⁊ irrecuperandā sacro sancti colle
gij iacturam· amisistis em̄ patres amplissimi prestantissimū colle
gam vestrum dn̄m Tirasonensem. quē pro sua incredibili māsue
tudine pro admirabili ingenio ⁊ innata bonitate ꝓ integerrimis
moribus ⁊ optimo consilio tantopere diligebatis· Cuius mors eo
grauior ac luctuosior vobis esse debet· quo sententia omniū diffi
cile admodū erit alter̄ eius similē reperiri· qui senatui vestro pos
sit adiungi· Congemiscit igitur patres lugete pariter omnes. q̄
talem vir̄ perdidistis· qualem sperare facile nō potestis· Sed cur
ego p̄ inania hec excurro· Nunq̄d non scio veri xp̄iani officiū nō
esse de morte suorum nimiū lamentari. dicente apostolo· Non cō-
tristemini sicut ⁊ ceteri qui spem non habēt· nunquid non intelli
go veram immortalitatē hominibus dari non posse nisi eos hinc
contingat exire· q̄diu in hoc corpore sumus inquit Paulus a do-
mino peregrinamur· Et forte ob id nemo est vt Arthabanus etiā
Persa referebat· Cui crebro ne dum semel non subeat animo mo-

riendi voluntas potius q̄ꝫ viuendi. Non extinctū ergo aut deper ditum Tirasonensē nostrū lugeamus. non amisimus eū. sed eo premisimus quo singulo momēto ꝑperamus. Exacto em̄ peregri nationis sue cursu pfectoq; certāine inqetantis seculi in quo Pe trus perinde ac fortis atletha victor euasit. post labores. post lō gas ⁊ assiduas vigilias. post iuictissimā aī fortitudinē. dato pri⁹ signo a sacerdote. Qui corā Petro in extremis laborāte. sacris mi sterijs insistebat. perueentoq; ad illud vltimū Ite missa est. statim mirabile dictu felix Tirasonēsis nostri aīa tanq̄ꝫ voce ad eā vo candaꝫ celitus emissa. relicto hoc terrestri habitaculo ad creatorē suū ⁊ patrē indulgentissimū innumeris decorata virtulib⁹ euola uit Non est ergo viri prestantissimi. cur in tam felici transitu in gemiscere debeam⁹. oīs est animi languor repellēdus. ne solo in cōmodo nostro angi videamur. Tantū optimi viri dulcis memo ria habēda est. vt nos ipi qui adhuc paulū in hoc fluctuāti pella go versamur discamus ad eterne salutis portū bene viuendo per tingere q2 ⁊ si mors ipa humane vite cōtraria sit bonis tn̄ ⁊ fide lib⁹ instrumentū erit. per qđ transibūt in vitā. Amen.

¶ Hactenus per magistrum Ludouicū Jmolensem.

¶ Que seqnunt̄ p Paulū de crottis Cremoreñ. supradicti sancte memorie Re. dñi Car. Tirasoneñ. dom⁹ mgr̄m ⁊ secretariū.

Ob veritatem.

¶ Jmmortalis sancteq; mēorie p̄fatus reuerēdissim⁹ dñs domi⁹ Petrus Ferric⁹ tituli sancti Sixti pſbr̄ Cardi. ⁊ ep̄s Tirasoneñ. Magno pōtificis maximi Reuerēdissimoꝝ dñoꝝ cōfratrū. Oīs xpianitatis principū. Totius Ro. cu. Proboꝝ vniuersi orbis viro rū dolore atq; dāno. Cū adhuc ob īcredibile desideriū. crebrā in uocatōꝫ. ncāriaꝫq; ipi⁹ p̄ntiaꝫ bon⁹ oīꝫ pr̄ defleat̄. Die vēris. xxv. septēbris circa horā. xiij. Rōe in palatio ap̄lico apđ san. Petrū obi it. Quo die fun⁹ ei⁹ ꝯsueta ellatū pōpa. Circa horā. xxiij. positū fu it in ec. diue marie supra mineruā Jn capel. maiori ꝑpe altare ma i⁹. Jbiq; reqescit in dño. Anno xpiano. Mcccclxxviij. Etatis sue florentissime felicissimeq; cū ipsum iuuaret viuere. ⁊ p totū orbeꝫ Cardinalis Tirasoneñ. immortale nomē gloriosissime celebraret

Sexagesimosecūdo· Episcopatus Quartodecimo· Breuis Cardinalatus qui anno vno mēsibus nouē ⁊ diebus sex absolutus· Sūma tamen in nato more gloria virtute sanctitateq̃ summa plenꝰ ingenticum totius xp̄ianitatis principum. Omniūq̃ proboꝝ viroꝝ gaudio leticia applausu congratulationeq̃· Quia fauore uullo. solum ob eminētissimas virtutes· integritatem bonitatēq̃ eiꝰ supremam benemerēti impensus· Omnes Reuerēdissimi domini Cardinales tali collega q̄ȝmaxime gloriabātur· Quos sibi precipua caritate beniuolus doctrina eloquētia· consilioq̃ ip̄is haud inficiātibus gratissimis tam publicis q̄ȝ priuatis negotijs expertis ellatiōe nulla verum splēdore omniq̃ humanitate ac qua poterat munificentia religiosissimus ⁊ Cardinei corona ordinis anteibat· Pauli· ij· Sixtiq̃. iij· dum vixit pontificatus mira prudentia grauitate ac maturitate· Incredibili immo diuina memoria· vigilantia assidua· diligentia patiaq̃ inaudita· singulari muneꝝ omnis generis abstinentia· iusticiā inopi potenti ve eque ministrans· Industrios ⁊ doctos viros fouens atq̃ exaltans· Maxia cū omniū gracia animo inuicto ac indefesso solus rexit illustrauitq̃· Brachiani Sutrine diocesis· quo cū pontifice summo obseuiētem in vrbe aeris in clementia secesserat egrotare cepit· Romam inde redijt. Ubi testamento sanctissime condito· vt prelatū ⁊ bonum christianum decet. Sanctam animā suam omnipotenti deo cōmendans. pontifici maximo exequende voluntatis ⁊ quod terrenum erat arbitrium relinquens· Ad celestia regna ⁊ paradisi gloriam migrauit· Sixti quarti pontificatus gloriosissimi Anno Octauo·

Paulus de Crottis Canonicus Cremoneñ. sedis apostolice acolitus numerariꝰ· ob integram fidez. deuotam gratamq̃ clientelam· perpetuo merens ac lugens.

¶ Finis·